Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

utitur matrimonio non patitur uti uxorem potestatem
peccandi. sed accendit zelo ad castitatem matrimo
nii conseruandi. quo possit exeo fieri legitimus
pater. Hoc ergo exemplo intellegamus. omnem
animam habem autem prostitutam esse daemonibus et ha
bere plurimos amatores. Ita intres ad eam modo
quidem spiritum fornicationis. Illo discedente intres
spiritus auaritiae. Post hunc uenit spiritus superbiae
inde irae inde inuidiae. post eiusdem uenae gloriae ali
quae cum eis plurimi. Isti omnes tamquam infideles ani
mae mereticant. ut alter alterio non inuideat nec
zelotypia moueant adinuicem; Et quid dico
quod alter alterum non excludat. immo et inuitant
se inuicem et sponte conuocent sicut paulo antea dam
diximus quod in euangelio scriptum est de illo spiritu qui
exit ab homine et egreditur adducit secum septem
alios nequiores se spiritus. ut in unum anima simul habita
rent. sic ergo nullam zelotypiam amatorum suorum
patitur anima quae dominibus prostituta est.
Si uero legitimo coniuncta sit uiro. illi uiro cuius ma
trimonio paulus animas coniungit et sociat sicut
ipse dicit. Spondi enim uos uni uiro uirginem castam
exhibere xpo. Et de quo in euangelio scriptum est
quia rex quidam fecit nuptias filio suo. In huius